

enim^r) Augustinus: *rerum*¹⁶) *ignorantia facit obscuras figuratas locutiones, cum scilicet ignoramus vel animantium vel lapidum vel herbarum naturas aliarumve*^s) *rerum, que plerumque ponuntur in scripturis alicuius similitudinis gratia. Numerorum quoque imperitia multa facit in eis non intelligi mistice posita.*

Iam vero quanta est pulchritudo etiam infima huius mundi, et quam grata rationis aspectui diligenter consideranti, non solum modos et^t) numeros et ordines rerum, que per diversas mundi partes decentissime et ordinatissime collocantur, verum et^u) volumina temporum, que per decessiones atque successiones earum^v) iugiter explicantur et^w) in^x) morte nascentium distinguntur. Ego quidem — ut taceam de *mundis*¹⁷) *corde*, quorum est proprium *Deum videre* et in¹⁸) *ipso delectari* —, ego^y) inquam — ut fateor^y) — licet peccator indignus^z), cuius nimirum mens adhuc in fecibus carnis sue iacet eiusdem sordibus obvoluta quadam tamen spiritali suavitate in mundi creatorem ac rectorem afficior, ipsumque maiori veneratione ac^{aa}) reverentia prosequor^{aa}): cum ipsius creature magnitudinem simul et pulchritudinem eiusque permanentiam intueor. Ipsa namque mens plerumque paululum a prefatis cogitationum et affectionum fecibus se erigens, et in specula^{bb}) rationis^{bb}) — ut potest — assurgens, quasi de quodam eminenti loco totius mundi magnitudinem uno ictu considerat, infinita loca diversis creature generibus repleta intra se continentem. Evum¹⁹) quoque totius mundi videlicet a principio usque nunc uno^{cc}) quodam aspectu nichilominus conspicit, ibique tempora omnia per^{dd}) diversas^{dd}) generationum successiones rerum mutationes^{ee}) continentia quasi sub quadam linea comprehendit, et inde saltem intuitu fidei ad cogitandum utcumque^{ff}) creatoris ipsius magnitudinem, pulchritudinem atque perpetuitatem ascendit. Ipse namque mundus spaciositate locorum imitatur^{gg}) pro modulo suo creatoris immensitatem, varietate specierum ipsius pulchritudinem, prolixitate quoque tem-

r) *folgt* dicit $H_3H_4H_5N_3D_2D_3$ s) aliarum vel N_2 t) etiam H_1
 u) etiam D v) eorum H_4N_3 w) *fehlt* D x) *fehlt* R y-y) ut
 ego inquam fateor $H_2H_3H_4H_5$; ego inquam ut illum fatear N_1N_3 ; ego in-
 quam verum fateor N_2 z) immundus N ; immundus omnique fere
 mentis spurcitia sordidus DR aa-aa) prosequor et revereor D
 bb-bb) speculationis lucem N_3 cc) *fehlt* N_3 dd-dd) diversas per R
 ee) commutationes H_4 ff) utrumque N_3R gg) invitatur N_1

¹⁶) De doctrina christiana II, 24 und 25 (bzw. II, 59 und 62 in der CSEL-Ausgabe).

¹⁷) Matth. 5, 8.

¹⁸) Vgl. Ps. 36, 4.

¹⁹) Zu diesem Begriff vgl. Speculum Naturale IV, 74.